

cuidam in hoc regno præfideret, ubi eum vivere nunc afferunt antiqua exutum dignitate. Atque ita illi ipsi se regni alieni invasorem ac tyrannum pro Deo venerari profitentur.

Præter hoc cœli Numen, triplex aliud effingunt, quorum unum ipsum Lauzu sectæ caput faciunt: atque ita hæc duæ sectæ ternarium deorum suo quæque modo sibi fingunt, ut appareat ipsum falsitatis parentem, auctorem utriusque, nondum ambitiosam de divina similitudine cupiditatem deposuisse. Hæc etiam secta de præmiorum ac pœnarum locis agit, sed in loquendi modo discrepant non parum à superioribus. Hi enim suis paradisum spondent ex anima simul & corpore constitutis, & in suis templis quorundam effigies exponunt, quos hac ratione in cœlum evolasse fabulantur. Ad eam rem consequendam exerci-

tatio-